



D. ORIBASII SAR-
DIANI, IN TRES EUPORISTON
LIBROS, AD EVNAPIVM,
PRAEFATIO.

PETIS à me, Eunapi charissime, ut manifestas sanitatum cu-
ras faciam tibi ad singulas passiones, & diuersarum generum
adiutoria, ad discendum simplicium uirtutes medicaminum,
peregre proficiscenti, quæ facile inueniuntur in agris per uaria
loca, ubi docti minime inueniuntur medici, qui curam impen-
dere possint. De qua re mihi uidetur, ut nomen tantum medi-
ci, & non artis requiras industriam, in qua ocio fauente ad discendum minime
sis imbutus. Vnde petitioni tuæ præbendo consensum, hexapla Galeni, quæ à
† Dioscoro & Apollonio, uel ab alijs, qui de uirtutibus herbarum scripserunt,
quæ per agros inueniri possunt, quæ ab ipso scimus esse probata, reuelantes per
nos tradimus, & in hoc euporisto scripta dirigimus, quæ tibi uel alijs in lon-
gam ingredientibus peregrinationem prodesse poterunt. Experimentata igitur
à nobis uel antiquis tentamus dicere de simplicibus medicamentis, quæ
Græci hapla uocant, & ea in tres diuidunt partes. Vna quidem est, quæ unicui-
que infirmitati adhiberi possunt ex simplicibus medicamentis, & singulæ di-
uersas habent uirtutes, & particulares usus. Secunda uero pars est ad sa-
nitatem ex electis singulis materijs adhibita. Tertia uero pars est,
quando singulæ cum singulis uel alijs admiscuntur, confide-
rata passione. Transactis ergo hijs tribus tropis, quæ
facilius inueniri possunt, addis etiam à me tibi
quæ ad incolumitatem humanæ naturæ
expediunt conseruandam, scribi
debere. Incipiam ergo ex-
ordium à cunabulis
infantum.

† Dioscoride
legendum
fortassis.

N

D. ORIBASII